



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones  
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

6 De corpore hominis quo ad resurrectionem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)



in equo, & in boue, & secundum quod differunt, aliqua specie, ita etiam differunt in eis anima sensitua: & ideo non sequitur, si in brutis educatur de potentia materis, quod etiam in homine, quia in homine est altioris speciei, & est per creationem.

QVÆSTIO VI.

ARTICVLVS VI.

Virum corpus resurgat idem numero.

4. dist. 44. q. 1.  
2. artic. 1. q. 1.  
& c.

**D**E corpore autem quaesitum est, virum resurget idem numero, & ostendebatur quod non, quia secundum philosophum in top. illud dicitur idem numero, quod est idem proprio, accidere, & diffinitione: sed corpus in resurrectione non habebit eadem propria, quia modo risibile, tunc non: non eadem accidentia, quia nunc albus, crispus, niger & hmoi, quae tunc non erunt: non eadem etiam diffinitione, quia modo diffinitur per mortale, tunc vero non mortale erit, ergo videtur quod non resurget idem numero.

**¶ 2 Præ.** Identitas materiae facit idem numero: sed materia corporis resurgentis non erit eadem cum corpore quod nunc est, cum multa forma reiterentur in ea, ergo corpus non resurget idem numero.  
**¶ 3 Præ.** Philosophus dicit in lib. de aia, quod non est eadem statua numero quae destruitur, & de eodem ere reficitur, pari ergo ratione corpus quod modo corrumpitur, non erit idem numero cum eo quod resurget.  
**¶ 4 Præ.** Cõstat quod homo humanitate est homo, & vna humanitate vnus homo: sed in corpore quod nunc est, & quod resurget, erunt duae humanitates, quae per mortalem destruitur forma totius, ergo erunt duo homines, & sic vbi quae corpora non resurgunt eadem numero.

**CONTRA.** Job. 19. Quæ vltimus sum ego ipse & c.

**RESPON.** Dicendum, quod ad hoc quod aliquid sit idem numero, requiritur identitas principiorum essentialium. Vnde quodcumque principiorum essentialium, etiam in ipso indiuiduo, variatur, necesse est etiam identitatem variari. Illud autem est essentialiale cuiuslibet indiuidui, quod est de ratione ipsius, sicut cuiuslibet rei materiali sunt essentialia materia & forma: vnde si accidentia variantur & mutantur remanentibus principijs essentialibus indiuidui, ipsum indiuiduum remanet idem. Cum ergo principia essentialia hominis sint anima & corpus, & hæc remaneant, quia resurget eadem anima & idem corpus, dicendum quod corpus hominis resurget idem numero.

**AD PRIMUM** ergo dicendum, quod obiectio illa procedit ex falso intellectu literæ. Non enim dicitur idem numero illud, quod habet idem accidens nunc & postea, & idem proprium: sed illud est idem numero, quod est idem cum accidere, & idem cum proprio, sicut cum subiectum est idem cum accidere, proprio, & diffinitione, & non illa quae habent idem accidens, idem proprium, & vnã diffinitionem, vnde patet, quod obiectio false intellexit textum. Dato autem quod secundum illud intellectum procedat obiectio, dicendum quod intelligitur de accidentibus indiuiduanis, sicut de dimensionibus, & erunt hæc in corporibus glorificatis. Item, erit ibi idem proprium, sicut, Job. 8. Implebitur os tuum risu, & labia tua iubilio. De diffinitione vero dicendum, quod licet resurgat immortale, tamen vera mortalitas non tollit ab eo, quia natura humana erit ibi, quae ex se habet quod sit mortalis.

**AD SECVNDVM** dicendum, quod licet eadem materia faciat idem numero, non tamen materia nuda, nec quae facit principium in numero, sed vna materia secundum quod est sub dimensionibus terminatibus ipsam, facit idem numero: vnde licet multae formae reiterentur in anima

corporis resurgentis, tamen resurget corpus sub eisdem dimensionibus, & cum eisdem principijs essentialibus.

**AD TERTIVM** dicendum, quod Augustinus dicit contrarium. Ipse enim vult, si statua reficiatur ex eodem are, quod sit eadem numero. Nihilominus tamen dicendum, quod omnia artificialia ponuntur dupliciter, in genere, vel in specie, quae vel per materiam suam, vel per formam suam. Naturalia autem ponuntur in genere, vel specie tamen per formam suam: formae autem artificiales, quia sunt accidentia, ideo oportet quod collocentur in genere, vel specie, vel materia, naturales vero non, quia sunt substantiales. Dico ergo quod si consideretur statua prout ponitur in genere, vel specie per materiam suam, sic reficit eadem statua. Si vero consideret prout ponitur in genere, vel specie per formam, sic dico quod non reficitur eadem, sed alia, quae alia est forma huius, & alia illius in corpore autem non est sic, quia in corpore erit eadem forma.

**AD QVARTVM** dicendum, quod non sunt duae humanitates in corpore quod corrumpitur, & quod resurgit, sed vna: quia principia essentialia non mutantur, sed sunt eadem.

QVÆSTIO VII.

DE sacramentis vero gratia quaesita sunt tria.

- ¶ Primo, De sacramento confirmationis.
- ¶ Secundo, De sacramento Eucharistiae.
- ¶ Tertio, De sacramento matrimonij.

ARTICVLVS VII.

Virum solus episcopus debeat conferre sacramentum confirmationis, vel etiam alius.

**C**IRCA primum quaeritur, virum solus episcopus debeat conferre sacramentum confirmationis, vel et alius, & vbi quod non solum episcopus, sed etiam quod quilibet sacerdos possit conferre. Constat enim quod in confirmatione confertur gratia spiritalis: sed huius gratiae collatio sic est ordinata, ut non possit impediri: constat autem quod per absentiam episcoporum multoties impeditur, quia non sunt ubique praesentes, ergo debet conferri per ministrum sacerdotum, qui sunt ubique praesentes.

**¶ 2 Præ.** Sacramenta instituta sunt propter utilitatem, ergo debent eo modo conferri, quo competunt utilitati omnium: non autem competere utilitati, si solus episcopus conferret hoc sacramentum, in quo datur robur Spiritus sancti, quia non omnes habent opportunitatem episcopi, ergo debet fieri per sacerdotes, per quos possunt omnes consequi hanc utilitatem.  
**¶ 3 Præ.** Constat quod sacramentum baptismi est maius quam sacramentum confirmationis, sed baptismus potest conferri per quoslibet sacerdotes, ergo multo magis confirmatio.

**IN CONTRARIVM** est Ecclesiae consuetudo.

**RESPON.** Dicendum, quod proprius minister sacramenti confirmationis est episcopus, & hoc probatur ratione, & autoritate. Ratione quidem, quia confirmatio ad hoc fit, ut homo in quadam perfectione constitutatur, cum detur ad robur Spiritus sancti, ut homo ex hoc fiat fortis & robustus ad consistendum, & proponendum fidem coram regibus & principibus, vnde & per hoc fit in fronte, ut non timeat, nec confundat proponere fidem coram omnibus, & defendere. Sicut autem Dion. dicit, tres sunt actiones hierarchie, scilicet purgare, illuminare, & perficere. Purgare est proprium diaconorum, illuminare presbyterorum, & hoc consistit maxime in Eucharistia: perficere vero est episcoporum, & ideo omnia sacramenta, quae ad perfectionem conferuntur, pertinent ad collationem episcopi, quae sunt collatio ordinum, consecratio virginum & valorum, & confirma-

4. dist. 19. q. 1.  
2. artic. 1. q. 1.  
& c.